



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118820**

§. 26. Senatus - Consultum Tolosanum adversus quosdam Sacerdotes.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](#)

Sæc. XVII. tertia Septembris decretum impetrata  
A.C. 1606. bat, vi cuius hi Lutherani rursus comparere jussi, tanquam manifesti pacis publicæ perturbatores in pœnam Constitutionis præsertim *Banni* incidisse declarantur, innovato mandato, ne ulterius Catholicos turbarent, aut offenderent, indicta etiam proscriptionis, & privilegiorum amissionis pœna. Hæ die vigesima tertia Decembris Consilibus Senatuique Donawerthano rite fuere denuntiata, his reponentibus, quod tempestive desuper responsur essent.

§. XXVI.  
*Senatus - Consultum Tolosanum ad  
 versus quosdam Sacerdotes.*

*Abregé de l'hist. Eccles.* Nondum penitus ex quorumdam anti-  
*tom. 10.* mis extirpata erant erronea indiscreti Zeli principia, quæ a *Liga*, ut  
*art. 3. §. 3.* vocabant, in Galliis olim progerminata  
*Thuan. l. 136.* fuerant: currente enim hoc anno quædam adhuc reperiebantur Monasteria, atque Ecclesiæ, in quibus Clerici processos pro Rege ad Deum fundere præmittebant, eoquod hæ in ipsis Missali-  
 bus Lutetiæ, Burdigalæ, ac Lugduni impressis insertæ non essent: id Regius Cognitor compererat, eaque de re in Tolosano Senatu graviter expostulans au-  
 torita-

ctoritatis publicæ opem implorabat. Sæc. XVII.  
 Igitur ad ejus petitionem die septima A. C. 1606.  
 Junii sanctum, ut Sacerdotes in so-  
 lemni Sacrificio pro Rege orationem  
 antea semper usurpatam deinceps adhi-  
 berent, usu librorum, in quibus illa o-  
 missa esset, interdicto. Insuper aliud  
 editum est decretum contra Typogra-  
 phos & Bibliopolas, quibus ejusmodi  
 libros absque præfata oratione typis vul-  
 gare vel vendere inhibitum, indicta ar-  
 bitraria corporis multa. Præterea  
 Rothomagenses funesto illo civilis belli  
 tempore ex suis, ut vocant, litaniis  
 illa verba: *ut Regem nostrum custodire di-  
 gneris*, necnon ex collecta orationem  
 hanc: *Quæsumus, ut famulus tuus Rex  
 noster &c.* expungebant, cumque in alia  
 oratione in die Parasceves, semper hæc  
 verba: *Respice ad Christianum, benignus,  
 imperium*, fuissent recitata, ac tum illis  
 hæc subrogata: *Respice ad Romanum be-  
 ignus imperium*: hinc omnes indignæ  
 ejusmodi mutationes hoc anno Magi-  
 stratus auctoritate fuerunt abolitæ.

### §. XXVII.

#### *Postulata Cleri Gallicani in Regis Senatu discussa.*

Hoc item anno Henricus IV. Franciæ Thuan. hist.  
 Rex in Senatu postulata sibi a Clero l. 133. l. 136.  
 Galli-